



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Bononiæ Doctor creatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

ceptas inuexit. Romam ut venit, solennia quatuor Professorum societatis Vota pridie Natalis Deiparæ septimo die Septembris ex B. Ignatij sententia concepit. Eiusdem mox imperio unà cum Iaiò, ac Salmerone ex itinere suscepit Bononiæ Doctorum insignia die B. Francisco solenni nono seculi eius, & quadagesimo anno.

*Inter Profes-
sos Societatis
adscriptur.
Bononiæ Do-
ctor creatur.*

Inde tres pariter in Germaniam progressi cum peruenissent Dilingam, ab Cardinali Augustano summa caritate excepti, ægrè tenuerunt, ne sibi Canisium auferret ad Collegij præfecturam, quod Dilingæ, nihil dum de tradendo eo Societati cogitans, inchoarat. Magno posthæc honore à Duce ipso Monachij, deinde Ingolstadij ab Episcopo Eistettensi Mauricio, qui Academiæ Cancellarius erat, excipiuntur. Nam ipsemet Episcopus, Doctoresque omnes, atque Magistri ad eos consalutandos honorificè in domicilium processere: habitaque ab eorum uno plena gratulationis oratio est. Cui ex tempore, & eleganter communi sociorum nomine respondit Canisius. Idem continuo, & Salmeron aggressi docere (nam Iaius ad noui anni referuatus initia) Orationum prolusiones habuerunt eiusmodi, ut doctissimi quique

*Ingolstadij
Theologiam
docet.*